



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De ordinatis si accusati fuerint, quòd testibus se excusare debuerint. ccv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

ultione transire supra scriptum fratrem nostrum Pasche-
fium volumus admoneri, vt eundem Hilarum prius sub
diaconatus, quo indignus fungitur, priuet officio, atq; in
beribus publicè castigatum faciat, in exilium deportari
vnius pœna multorum possit esse correctio.

*Vt si quis clericum accusauerit, & testimonijs pro-
bare non potuerit, accusator pœnam accusa-
ti accipiat. Cap. CCII.*

Ex cõcil. Braggar dē. ca. 8. **P**Lacuit, vt si quis aliquem clericorum in accusatio-
fornicationis impetit, secundum præceptum Pauli
postoli duo, vel tria testimonia requiratur ab illo. Quo-
si nõ potuerit datis testimonijs, approbare quod dixit, et
communicationem accusati accusator accipiat.

*Vt sicut laici clericos in secularibus in sua accusa-
tione non recipiunt, ita nec ipsi in sacerdo-
tum recipiantur. Cap. CCIII.*

Ex cõcil. Aurelia nēsi, ca. 5. **O**MNES episcopi in tertia sessione acclamauerunt
Sanè dignū est, vt sicut sacerdotes, vel clericos in
accusatione, vel secularibus iudicijs laici non recipiunt
ita ipsi in sacerdotum vel clericorum accusationibus, se
ecclesiasticis negocijs, nisi spontè collaudetur, non reci-
pantur: quoniam inconueniens est, vt hi qui hos respiciunt
ab his recipiantur.

*Vt testimonium laici contra clericum nemo suscipiat.
Cap. CCIII.*

Ex cõcil. Triburiē si, cap. 4. **T**ESTIMONIVM laici aduersus clericum nemo
suscipiat.
De ordinatis, si accusati fuerint quot testibus se excu-
sare debuerint. Cap. CCV.

Ex cõcil. Carthagi nē, ca. 20. **S**I autem presbyteri vel diaconi fuerint accusati, ad iu-
cto sibi ex vicinis locis proprius episcopus legitimo
mero collegarum, quos ab eodē accusati petierint, id est
vnā secum in presbyterii nomine VI. in diaconii tribus
ipsorum causas discutiat, eadem dierum & dilationum,
à communionem remotionū, & discussione personarum in-
ter accusatores, & eos qui accusantur forma seruata. Re-
liquorum autem clericorum causas, etiam solus episcopus
loci agnoscat & finiat.